



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridivm Chronologicvm Sacrae Et Prophanæ Historiæ

Salian, Jacques

Coloniæ Agrippinæ, 1638

Secunda mundi ætas posteriorum triarcharum, annor. 382.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64957)

6 *Enchirid. Chron. vet. Testam.*

Septimo mense 27. die mensis A
solo hæsit, n. 46.

Decimo mense ab initio Dilu
prima die mensis apparuerunt ca
mina montium, n. 50.

Post 40. dies, siue 10. die vndeci
mensis emissus est coruus: emissæ
& columba, quæ eodem die redijt.

Post 7. dies, siue decimo septi
mensis eiusdem, emissæ sunt iterum
lumba, quæ redijt cum ramo oliuæ.

Post alios septem dies, iterum em
sa est columba, nec redijt, & abso
tus est annus Diluuij, constans
diebus, n. 54.

*Secunda mundi ætas posteriorum
triarcharum, annor. 382.*

AN. mun. 1657. idemq; Noë
Eius primo mense, & primo
mēsis ira imminutæ sunt aquæ, vt
tantū alueis cōtinerentur, n. 4. *Gen. 1.*

Mense secundo, 27. die mensis,
ra lutulenta arefacta est, quo die
minus iussit Noëmum cum sui
gredi ex Arca, cum in ea mansisset
num vnum, & decem dies, n. 6. *Gen. 2.*

Hoc ipso anno nati videntur ne
tes aliqui Noë, ex filijs eius, vt *Æ*
primogenitus Semi, &c. n. 29. *Gen. 3.*

An

per annos expansos. 7

A. m. 1659. nascitur Arphaxad, ex patre Semo centenario.

A. m. 1671. Noë plantavit vineam, & hausto vino sopitus, à nepote Cham filio irridetur, qui à Noë maledicitur.

A. m. 1694. nascitur Cainan, anno patris Arphaxad 35. *Cainan posteriori.*

A. m. 1724. nascitur Sala, anno patris Cainæ 30.

A. m. 1754. nascitur Heber, anno patris Salæ 30.

A. m. 1788. nascitur Phaleg, anno Heberis parentis 34. quo tempore divisio terrarum à Noë facta est, n. 6. *Divisio terrarum.*

A. m. 1818. natus est Rheü, anno Phalegi 30.

A. m. 1850. natus est Sarug, anno Rheü patris sui 32. quo tempore nata perhibetur idololatria n. 2. *Ortus idolorum.*

A. m. 1880. nascitur Nachor, anno Sarug 30.

A. m. 1909. orrus est Thare, anno Nachoris patris 29. quando Babylo-nica turris ædificari cœpit, n. 3. & 4. quemadmodum & ciuitas, autore Nembrotho, n. 14. 20. *Thare.*

A. m. 1931. contigit divisio lingua-rum, & dispersio gentium, anno à Di-luio, 275. & Noë 875. num. 1. & seqq. *Divisio linguarum.*

& num. 7.

A. 4.

Impes-

*Imperium Assyriorum.**Belus.*

A. m. 1932. Nembroth, qui & Belus
Babylone regnum inchoat, quod mox
dictum est Assyriorum, à ciuitate
Assur.

A. m. 1933. Assur filius Sem condidit
ciuitatem Assuriam, quæ postea à Ni-
no occupata est, n. 1.

A. m. 1950. sub hæc tempora Nembroth
alias condidit ciuitates, Arach
& Achad, & Chalaamen, n. 1.

*Regnum
Sicyonio-
rum.*

A. m. 1966. Diluuij 310. Ægypte
regnum Sicyoniorum inchoat, n. 1.

A. m. 1979. Thare septuaginta erat
annorum, nec tunc genuit Abraham,
n. 3. sed potius Aran, n. 5.

A. m. 1996. Nembroth, siue Belus
anno regni 65. & regnandi, & viuendi
finem fecit, n. 2. & 3.

Ninus.

A. m. 1997. Ninus regnare cepit,
anno 66. Imperij Assyriorum, qui Ni-
niuem condidit, siue instaurat, sub regni
exordium, n. 3. 4.

A. m. 2000. natus videtur Nachor,
secundus filius Thare, n. 1. & Beli Apo-
theosis à Nino celebrata, n. 2. vnde in-
ualuit idololatria, n. 4. & 5.

*Mors Noë-
mi.*

A. m. 2006. & Diluuij 350. moritur
Noe, anno ætatis 950.

A. m.

per annos expansos. 9

A. m. 2017 moritur Ægyaleus, primus rex Sicyoniorum, cum regnasset 52. annis, cui successit Europs.

A. m. 2026. moritur Phaleg, annos natus 239. anno patris Heber 275.

A. m. 2027. moritur Nachor, anno 148. vitæ suæ.

*Tertia mundi Aetas, quæ est Abrahæ,
& filiorum eius, annorum 425.*

A N. mundi 2039. Diluuij 383. *Abraham.*
nascitur Abram, anno patris sui Thare 130. & Nini 43.

A. m. 2044. Nini 48. ponitur bellum eius contra Zoroastrem Bactrianorum regem, ab Euseb. in Chron.

A. m. 2048. Niuus moritur anno regni 52. Imperij Assyriorum 117. Eodem Lot nascitur patre Arano. *Lot.*

A. m. 2049. Semiramis regnare incipit, & Sara vxor Abrahæ nascitur, 10. annis eo natu minor, n. i. filia Arano. *Semiramis. Sara.*

n. 9. &c.
A. m. 2052. Abrahæ 14. notatur eius à puero pietas.

A. m. 2053. Cainan moritur, anno 360. patre & auo adhuc superstibus, n. 1. & 2.

A 5

A. m.